di.hic itelligo duo.s.extēsionē ꝛ negationē finis rōne cuius negatiōis ponit īfinitatē negatiuā.igit cū itelligo lineā actu infinitā itelligo eā vt idiuit duplicē modū.s.modū finitatis quātū ad extēsionē.ꝛ vt iduit modū īfinitatis negatiue q̄ztū ad finis ꝑuationē.ꝛ ita cū itelligo lineā actu īfinitā nō itelligo ꝙ actualitas determinet īfinitatē positiuā.sꝫ solū īfinitatem negatiue:ille ḡ est modus itelligēdi īfinitatē. ¶ Cōtra hͦ ar.q: vnū oppoᵐ nō itelligit sub rōne alterius oppositi.Sꝫ finitū ꝛ īfinitū sunt opposita.ḡ nunq̄ꝫ īfinitū itelligit sub rōne finiti. ¶ Rn̄deo iuxta qḋ est sciēdū ꝙ cū finitas ꝛ īfinitas ꝯsequant q̄ztitatē ꝛ ita ei cōgruāt ꝑ hui⁹.iō quot modis dr̄ q̄ztitas tot modis dr̄r hec.q̄ztitas āt est duplex.q̄dā est molis q̄ est de gn̄e q̄ztitatis.alia est ꝑfectiōalis q̄ stat in ꝑfectiōe ꝛ v̓tute cuiuslꝫ.ꝯlr dr̄ de īfinitate.ꝛ finitate nā q̄dā e finitas vel īfinitas molis q̄ ꝯsegt ꝑᵐ q̄ztitatē.est alia ꝑfectiōalis q̄ ꝯsegt scd̄az q̄ztitatē.ꝛ hͦ īfinitas est in deo.de cui⁹ itellectiōe nihil ad ꝓpoᵐ qꝛ ad phicū nō spectat.slr est ꝑintelligēda dist⁰.ꝑhabita in ꝑcedēti q̄one de īfinito ꝑuatiue ꝛ neᵘᵉ.naꝫ talia bn̄ pn̄t a nob itelli sub ꝓpa rōne. ¶ Hoc ꝑmisso q̄si ꝓ q̄dā declaratiōe q̄onis rn̄deo ad rōnē:ꝛ dico ꝙ sic pōt sciri aliqd in vli ꝛ ignorari in ꝑticulari.slr pōt itelligi aliqd sub rōne finiti in vli ꝛ positiue.ꝛ ignorari sub rōne infiniti ꝛ in ꝑticulari ꝛ positiue.ꝛ illa ꝓprie non opponunt sicut ꝛ illa.

Ad rationes ꝑncipales rn̄deo.Ad ꝑᵐ dr̄ vno⁰ ꝙ illa maior hꝫ veritatē de obto adeq̄to in rōne motiui.cꝫ est q̄ditas rei sensibilis.nō autē de obto adeq̄to in rōne terminatiui cꝫ est ens.vn̄ itelligēdū est ꝙ aliqd nō pōt nec dꝫ assignari obm adeq̄tū alicui⁹ po^e pro aliq̄ determinato statu.sꝫ īdi inter illḋ dꝫ poni obm po^e qḋ pōt ab ipsa appħēdi in q̄cūqꝫ statu.sic declarat exēplo.si.n. ego nunq̄ꝫ viderē nisi alba nō ꝓp hͦ albedo eēt obm adeq̄tū visus mei.slr dico in ꝓposito.lꝫ.n.in statu isto nō possum⁹ appħēdere ꝛ itelligē nisi sensibilia:nō ꝓp hͦ sensibilia debēt poni obm adeq̄tuꝫ itell̓s:nā manēte eadē po^e manet idem obm.qꝛ ergo hic ꝛ in alia vita remanet eadē po^e itell̓iua.iō remanet idē obm. ¶ Aliter dr̄ ad rōnē ꝙ veruꝫ est ꝙ itell̓s intelligit oīa ꝯtenta sub rōne vli ꝛ cōi.nō aūt sub rōne ꝓpria. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ itelligēs aliqḋ totuꝫ itelligit oēs ꝑtes ei⁹ sub rōne finiti ꝛ sub rōne q̄si vli.nō aūt sub rōne ꝓpria. ¶ Ad 3ᵐ dico.ꝙ itelligēs vnū oppoᵐ pōt itelligere aliḋ nō sub rōne ꝓpria nec sub rōne positiua:sed sub rōne vli ꝑuatiua.Et hec de q̄one sufficiant.ꝛ per ꝯn̄s de toto.3.li.phy̓si.

¶ Similiter aūt necesse est de loco cognoscere sicut ꝛ de infinito.si est aut non est.ꝛ quomodo est.ꝛ quid est. Q̄ō.j.

Circa quartū hui⁹.capitulo de loco.queritur ꝑmo vtrū locus sit aliqua entitate absoluta eadē eēntialr̄ cū sup̄ficie.ꝛ vr̄ ꝙ nō.ꝛ ꝑmo ꝙ nō sit aliq̄ entitas absoluta.In cuius cūqꝫ rōne ꝛ in cui⁹ diffōne icludit respect⁹ ipm nō est aliq̄ entitas absoluta.loc⁹ est hͦ.ḡ ꝛc̄.minor ꝓbatur.nā de rōne loci est ꝯtinentia.nā hꝫ ꝯtinere locatuꝫ ꝛ ambīre.slr in diffōne eiuꝫ ponit vltimitas que vr̄ q̄dā respectus.ḡ ꝛc̄. ¶ 2⁰ arguit ꝙ nō sit idē eēntialr̄ cū sup̄ficie.ꝑ p Ari.in ꝑdicamētis qui ponit ipsas eē distinctas spēs q̄ztitatis. ¶ Itē rōne sic.oē corpus nāle fert nālr̄ ad suū locū ꝓpriū ꝛ ab ipso recedit violēter.sꝫ hͦ nō pōt cōpetere sup̄ficiei.ḡ ꝛc̄.ma.pꝫ ex.4.hui⁹.mi.ꝓbat.ponat pro posi ꝙ tota terra vel totū centrū terre qḋ est loc⁹ nālis illoꝝ grauiū poneret iuxta circūferentiā lune.deus.n.hͦ pōt facere si velit.hͦ supposito certū est ꝙ aliq̄s lapis non ferret nālr̄ ad illū locū.sꝫ ab illo loco recederet nālr̄.ḡ ꝛc̄. ¶ Itē oīs locus est imobilis.nulla sup̄ficies est imobilis.ḡ nullus locus est sup̄ficies.ꝯn̄ia tenet p ꝯdictoria.an̄s ꝓbat.q̄ztum ad locū satis pꝫ.de sup̄ficie ēt.qꝛ est in corpe moto. ¶ Confirmat.corpa glificata ꝛ sci in ꝑria sunt in loco.ꝛ tn̄ ipsa nō hn̄t sup̄ficiē ambiētēꝫ exterius.sunt.n.in celo empyreo ex̄ qḋ nō est aliud celuꝫ.celū aūt est in loco cū moueat localr̄.ꝛ tn̄ nō hꝫ ex̄ se sup̄ficiē ambiētē.ḡ ꝛc̄.

In oppositū est Ari.ponit.n.ꝙ loc⁹ ē vltia sup̄ficies corpis ambiētis ꝛc̄.sup̄ficies aūt est ens absolutū.ḡ ꝛc̄.

Rn̄deo vbi sic ꝓcedā.ꝑ.n.recitabo vnū modū dicēdi de loci entitate ꝛ q̄ditate.scd̄o aliter dicā.3⁰ videbit de loci imobilitate. ¶ Q̄tū ad ꝑᵐ ē vna opio Aure.supra 2ᵐ sniaꝝ qui ponit ꝙ loc⁹ nihil aliud est q̄ꝫ determinata pō hͦ vel ibi.hͦ āt sic ꝓbat.illḋ est formalr̄ loc⁹ quo posito solo circa locatū:ipm hꝫ determinatū.locū in vniuerso:sic est in ꝓposito.ergo ꝛc̄.mi.ꝓbat.qꝛ pone ꝙ corpus sit in determinata pōne.puta hͦ vel ibi.tu varia ꝯtinēs sic vas semp corpus remanebit in eodē sꝫ pone idē ꝯtinēs sic vas si varietur positio nō remanebit idē loc⁹. ¶ Itē loc⁹ est illud ad qḋ ꝑmo terminat motus localis.sꝫ illud est positio hic vel ibi.ergo ꝛc̄.minor ꝓbat.qꝛ circumscripto aere ꝛ aq̄ si terra poneret iuxta orbeꝫ lune adhuc moueret v̓sus centrū:ꝛ tn̄ ibi eēt sola positio sine aliq̄ ꝯtinēte. ¶ ꝑ.illa sunt eadē quorum sunt eedē dr̄ie:sꝫ loci ꝛ positiōis sunt eedē dr̄e qꝛ ante ꝛ retro.ergo ꝛc̄. ¶ ꝑ.locari est situari vel poni.ergo loc⁹ est situatio vel positio.ꝓbat ꝯn̄ia.p locū a ꝯiugatis. ¶ ꝑ.illud est locus p qḋ rn̄det ad iterrogationē factā per vbi:sed hoc est positio.vt cum querit vbi est sor.rn̄det intus vel extra.

Contra illā opinionē arguit.illa nō sunt idē quoꝝ vnū nō manet altero manēte:loc⁹ ꝛ positio sunt hͦ.ergo ꝛc̄.ꝓbat:qꝛ locus nō corrūpit corruptio locato.4⁰ physicoꝝ:ꝛ tn̄ corrūpit positio. ¶ Confirmat.qꝛ Ari.ꝓbat ꝙ locus nō est mā nec for^a:qꝛ ipsa nō pn̄t separi ab eo cui⁹ sunt.sꝫ loc⁹ ꝛ positio separant.ergo ꝛc̄. ¶ Itē illa nō sunt idē quoꝝ vno multiplicato alterū nō multiplicat loc⁹ ꝛ positio sunt hͦ.ꝓbat.qꝛ ponat ꝙ deus faceret multa corpa in eodē loco.tūc locus eēt vnus.nō tn̄ pō eēt vna.qꝛ corruptio vno corpe corrūpit ei⁹ positio.ꝛ tn̄ nō corrūpit positio alterius. ¶ Itē locus nō iformat loca tn̄.4.hui⁹.sꝫ positio iformat.qꝛ positio est in re posita.ꝛ sic in re situata.Tū qꝛ nihil absolutū qḋ est in locāte depdit remoto locato positio autē depdit.ipoīe est ergo ꝙ loc⁹ sit positio. ¶ Scd̄o arguit ꝯtra hͦ qḋ dicit ꝙ sursum ꝛ deorsū sunt dr̄e loci ꝛ an̄ ꝛ retro ꝛc̄. ¶ Cōtra.qꝛ sine istis pōt eē loc⁹ p poᵐ diuinā.ꝓbat.qꝛ posito ꝙ de⁹ annihilaret oē corp⁹ excepto vase pleno aq̄ ibi eēt verissime loc⁹.ꝛ tn̄ nō eēt sursum ꝛ deorsuꝫ.nec an̄ vl̓ retro.qꝛ nō eēt cētrū spere. ¶ Cōfirmat.qꝛ nihil ad aliḋ.s.respect⁹ vr̄ eē dr̄ia absoluti.sursū ꝛ deorsū sunt ad aliḋ.qꝛ sunt respect⁹ ad ꝑtes vniuersi ꝛ tollunt remoto termio.vn̄ celo annihilato ꝛ cētro vas remanēs nec eēt sursū nec deorsuꝫ. ¶ Ad rōnes ei⁹ rn̄deo.ad ꝑmā dēt ma.ad mi.dico ꝙ nihil hꝫ determinatū locū nisi hēat aliqd ex̄ se ꝯtinēs.vn̄ lꝫ aq̄ in vase stāte hēat imediatū ꝯtinēs.tn̄ nō hꝫ idē ꝯtinēs mediatū.puta aerē vel ꝑtes aeris.qꝛ igit vas mutat locū.ꝛ slr aq̄ p accn̄s. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ mot⁹ localis nō est ad locū qꝛ nihil est locati. ¶ Ad 3ᵐ dico.ꝙ sursum ꝛ deorsū ꝛ talia nō sunt dr̄e ipsius positiōis.nisi p accn̄s ꝛ q̄si ꝯsecutiue.eo.n.aliqḋ est positū sursuꝫ.qꝛ loc⁹ vbi est sursū.illḋ idē dico de vbi ꝛ situ.itelligēdū ēt ꝙ vt dixi talia nō sunt dr̄e loci ꝑ se.sꝫ sunt q̄dā rōnes loco attribute. ¶ Ad 4ᵐ dico ꝙ locari nō est situari.ꝑ ꝛ p se.sꝫ solū ꝯsecutiue sic ꝙ ad locari segt situari.vn̄ sciēduꝫ ꝙ ille loc⁹ a ꝯiugatis vel a ꝯcretis ad abstracta nō tꝫ ꝯn̄ia nisi vbi est ꝑdicatio p se ꝛ eēntialis.nō.n.segt.si sup̄ficiatū est album.ergo sup̄ficies est albedo.sꝫ bn̄ segt.si albū est coloratū.ḡ albedo est color.vtraqꝫ.n.est per se.illa ergo.locari est situari

nõ est p se.ergo nec illa est bona ꝯña.loc⁹ ē sit⁹ vel positio. ¶ Ad gntũ dico φ si rñdet p positionẽ.h nõ ēēt nisi qꝛ ad variatio nez loci sequit variatio positiõis.et eo qꝛ positio hꝫ quãdã ꝯsecutionẽ ad locũ.vñ etiã ꝓprie nõ dꝫ rñderi per positionẽ sed p locuꝫ.puta dicẽdo est in tali loco si qrit de aliq̃ vbi est.

Quantũ ad 2^m arti. vbi erat videdũ qd sit loc⁹ pono tria ꝑambula. scdo dicam ad q̃situm. ¶ Primũ ꝑambulũ est φ loc⁹ põt sumi duplr. vno⁹ mathematice. alio mõ nãlr. loc⁹ mathematice sumpt⁹ nõ est aliud q̃ȝ supficies ꝯcaua corpis ambiẽtis vt ꝑscidẽs ab influẽtia et actiuitate sup rẽ locatã. loc⁹ aũt nãlis est icludẽs ꝑdictã influẽtiã ꝛ actiuitatẽ. ꝑ vltima spera vr̃ loc⁹ sperarũ iferioꝝ.qꝛ nõ videnf ab alia recipe talẽ influẽtiã. 2° terra est loc⁹ istoꝝ grauiũ vel centrũ. ꝛ ẽt celũ est loc⁹ cõis istoꝝ iferioꝝ oium. ꝛ aq̃ piscium. ꝯseruanf hec in suis locis nãlib⁹.ꝫ p accñs corrũpantur. vñ pp hec ꝯtingit φ fm diuersa loca nãlia variant gñationes. vñ videm⁹ fm diuersa climata mũdi diuersa aialia gñari. in vna.n.pte gñanf leones ꝛ in alia nõ. ꝛ in vna limaces vel affectati caragolli. vt in nr̃a cathalonia letabũda. in alijs aũt aligb⁹ ptib⁹ nõ. ¶ Scdm ꝑambulũ est. φ sumẽdo locũ mathematice in supficie locãte respectu corporis locati fundanf duo respect⁹. vn⁹ itrinsec⁹ adueniẽs q est respectus eq̃litatis in q̃ꝫtũ supficies locãs ꝛ locata sunt eq̃lia. ¶ Secũdus est respect⁹ extrisec⁹ adueniẽs q est respect⁹ ambitionis vel locatiõis siue circũscriptiõis actiue. qꝛ locãs ambit ꝛ circũscribit locatũ. ꝛ est respect⁹ fm φ dicit vnus doctor de gñe vbi. φ aũt sit extrinsec⁹ adueniẽs pꝫ. qꝛ nõ seqt nãm fundamẽti posito termino. nisi vnũ actu alteri applicet. Sumẽdo aũt locũ nãlẽ put supaddit v̓tutẽ nãlẽ fm quã ꝯseruat locatum in corpe locante respectu locati fundanf alij duo respectus ꝑter ꝑdictos respect⁹. vn⁹ est extrinsec⁹ adueniẽs qui est respect⁹ actiõis ꝛ passiõis p q̃ꝫto hꝫ v̓tutẽ actiuã ꝛ trãsmutatiuã respectu locati. ¶ Ali⁹ est itrinsec⁹ adueniẽs q est de gñe relatiõis ꝓducẽtis ꝛ ꝓducti pro q̃ꝫto corp⁹ locãs ꝯseruãdo locatũ aliqd ꝓducit in ipo. rõne cui⁹ est ei⁹ ꝯseruatiuũ. ¶ 3^m ꝑambulum est. φ ꝯditiones loci sunt octo. ¶ Prima est. φ locus est per se ꝯtinẽs locati ita φ de rõne ei⁹ est cõtinentia. ¶ 2ª est. φ loc⁹ nihil est locati: ꝫ est aliq̃ entitas. in locante extñs. ¶ 3^a φ loc⁹ ē eq̃lis locato. qꝛ si nõ: aut ēēt corp⁹ sine loco: vel loc⁹ sine corpe. quoꝝ vtrũqꝫ est ipoſe. ¶ 4ª est φ est separabilis a locato. puta ab h vel ab illo. ꝫ nõ ab oibus plr: sicut declarat de mũ. ¶ 5ª est φ est mẽsura locati extrinseca. nõ itrinseca ita φ pti locati correspõdet pars loci. ¶ 6ª est. φ aliqs loc⁹ est nãlis. aliqs violent⁹. aliqs sursum. aliqs deorsum. ¶ 7ª est. φ cuilibet corpi determinato correspondet aliqs locus determinatus. ¶ 8ª est φ locus est ad quem vnũqdqꝫ corpus sensibile nãliter fert ꝛ in quo nãliter q̇escit ꝛ a quo violenter recedit loquẽdo de loco ꝓprio ꝛ naturali.

pª ppõ **His premissis** pono aliq̃s ꝓpõnes. ¶ Prima est φ loc⁹ est distinct⁹ ẽẽntialr a supficie ita φ illa ꝑdicatio. loc⁹ est supficies. nõ est formalis: ꝫ mãlis. est.n. supficies mã vel fundamẽtũ loci. h probat. ꝑ auctẽ Ari. in ꝑdicamẽtis q ponit ipsa specifice distincta. qꝛ sunt diuerse spẽs q̃ꝫtitatis ꝯtinue. distinctio aũt specifica arguit ẽẽntialẽ. ¶ Pꝫ. q̃cũqꝫ in actuali extñtia sunt separabilia ipa nõ eadẽ ẽẽntialr. ꝫ loc⁹ ꝛ supficies sunt hõ. ergo ꝛc. ma. pꝫ per ꝯdicionẽ. Nec valet istãtia de supiori ꝛ iferiori. nã hec nõ se hñt sic. mi. ꝓbat. qꝛ si de⁹ destrueret oia iferiora excepta spera vltima. ita φ oẽs spere iferiores ẽẽnt destructe ꝛ oia elemẽta. qꝛ h de⁹ facere põt. nec catholicus h negaret. certũ est φ h stãte adhuc remanet supficies celi. ꝛ tñ non remanet locus cũ de ei⁹ rõne sit ꝯtingere. ergo ꝛc. ¶ Itez celũ fm supficiẽ ꝯuexã nõ hꝫ rõnẽ loci nec est loc⁹ cum nihil ꝯtineat fm illã supficiẽ. ergo ꝛc. ¶ Aliq võ ab h volẽtes euadere dicerent forte φ loc⁹ ꝛ supficies dñt solũ ꝯnotatiue. vel p ꝯnotata. nã vt loc⁹ respicit locatũ illud cãndo vel cõmẽsurãdo dr̃ loc⁹. vt aũt ꝑscindit ab istis dr̃ supficies. Iste tñ modus euadẽdi nõ placet mihi. ꝫ nõ dubito qn h posset optime sustineri. vñ credo φ de⁹ posset separe supficiẽ a celo ꝛ tñ forte in ipso remaneret rõ ꝯtinẽdi. ¶ 2ª ꝓpõ est. φ locus est quo nõ est supficies seqt φ sit aliq̃ entitas actualis in supficie fundata. ita φ supficies sit ei⁹ mã vel ei⁹ fundamẽtũ. q̃lis aũt sit hec entitas vel qua est hodie h est dubiũ apud multos. qdã.n. dñt φ loc⁹ nihil aliud est nisi qdã respect⁹ extrinsec⁹ adueniens circũscriptionis actiue vel est ipsamet circũscriptio actiua. vñ sic ex pte corpis locati corrñdet passiua circũscriptio que dr̃ vbi. ita ex pte corpis locãtis corrñdet actiua circũscriptio que dr̃ ipe loc⁹. Verũtñ posset alr dici. φ loc⁹ nõ est ipsa actiua circũscriptio. nec ipsa ꝯtinentia. ꝫ est aliq̃ entitas fm ei⁹ ẽẽntiã nobis ignotã cui actiua circũscriptio ꝛ ꝯtinẽtia sibi isunt sicut qdã rõnes attribuibiles vel attribute. ¶ Sꝫ est dubitatio iuxta ꝑdicta in quo gñe sit ipse locus. ¶ Rñdeo illi qui dñt φ loc⁹ nõ est nisi ipsa circũscriptio actiua dñt φ loc⁹ nõ est nisi de gñe vbi. distinguũt.n. duplex vbi. s. actiuũ ꝛ passiuũ. actiuũ corrñdet ex pte locãtis. passiuũ võ ex pte locati. ꝛ vtrũqꝫ dñt ẽẽ eiusdez gñis. ꝫ auctor sex ꝑn^o^p nõ diffiniat nisi vbi passiuũ. ¶ Alij dñt φ i nullo gñe est. ꝫ reducit ad gen⁹ q̃ꝫtitatis. vñ Scot⁹ in hac mã ꝓcedit multũ dubie. nõ.n. dicit in quo gñe est. verũtñ dicit φ nõ est in gñe q̃ꝫtitatis. põt tñ ꝓbabilr dici φ nõ tñ pp rõnes me cogẽtes. ꝫ eo qꝛ maior vr̃ ꝓbabilitas ab hac pte q̃ȝ ab alia φ ipse loc⁹ sit de gñe q̃ꝫtitatis. ꝛ h vr̃ ꝓbare. pmo auctas Ari. in predicamentis qui ponit locũ ẽẽ distinctã spẽciẽ q̃ꝫtitatis a supficie. ergo sequit φ sit q̃ꝫtitas. ¶ Itẽ equa inequale conueniunt q̃ꝫtitati ꝛ rõ mẽsure diuisibilitatis ꝛ indiuisibilitatis. de hoc enim est plena tota phia. sed ꝛ hec cõpetũt ipsi loco. est.n. locus equalis locato ꝛ diuisibilis ꝛ ipsiuꝫ mensurãs. ergo ꝛc.

Quantũ ad 3^m articulũ vbi erat videdũ de imobilitate loci pono tres ꝯnes. ¶ Prima est φ locus est mobilis mobilitate corruptiõis ꝛ destructiõis. ꝓbat. oẽ accñs qđ est in sb̃to corruptibili. est corrubtibile. locus est hõ. ergo ꝛc. ma. pꝫ. nã accñs nõ est sepabile a sb̃to nec migrat a sb̃to i sb̃m. ergo opꝫ φ corrũpaf ad corruptionẽ sb̃ti. minor ꝓbaf. nã fundaf in corpe ꝯtinuãte. illud aũt est corruptibile. ergo ꝛc. ¶ Itez supposito φ aliqđ corp⁹ locet actu a ptib⁹ aeris. vt auis volãs. q̃ro remoto illo corpe cũ ptes aeris cõtinuenf. vel remanet loc⁹. aut corrũpit. nõ põt dici φ remaneat. nã põ vna aeris nõ est nũc loc⁹ alteri⁹ cũ locus ꝛ locatũ nõ sint ꝯtinua. loc⁹.n. sepat⁹ est a locato. ergo relinqt φ loc⁹ ꝑcedẽs necio corrũpaf vel deficiat. ¶ 2ª ꝯclõ est. φ loc⁹ est imobilis p se ꝛ p accñs imobilitate opposita motui locali: ita φ nec mouet p se nec p accñs localr. ꝓbaf. nã tũc seqret φ idez locus nũo ẽẽt sub diuersis spẽb⁹ loci. ꝛ mutaret de vna spẽ in aliã. ꝯñs est falsum. ergo ꝛ añs. ꝓbaf ꝯñtia. accipio aliqđ corpus ꝯtinẽs in quo fundet locus ꝛ qđ hẽat rõnẽ locãtis ꝛ sit sursum. moueaf ergo deorsũ. si ergo loc⁹ mouet ad motũ illius corporis. ergo loc⁹ q erat sursum est nũc deorsum. ꝫ locus sursuꝫ ꝛ deorsuꝫ sunt distincti spẽ. Tũ qꝛ sursum ꝛ deorsum sunt dñe loci. tertio hui⁹. Tũ ẽt qꝛ fm Ari. 5. hui⁹ mot⁹ q est sursum ꝛ mot⁹ q est deorsuꝫ sunt spẽ distincti. ergo p ꝯñs loca ad que sunt isti mot⁹. ꝫ ꝯñtia p eundẽ in. 5. huius. ¶ Itẽ φ nõ moueat p se ꝓbaf. qꝛ oẽ qđ p se mouet est corpus ꝛ p se acqrit locũ. ꝫ locus neutrũ istoꝝ est. ergo ꝛc. ¶ Itẽ φ nõ p accñs. nã Ari. assignat drĩã in. 4. hui⁹ iter mãm ꝛ for^m ab vna pte. ꝛ locũ ab alia. qꝛ mã ꝛ for^a mouenf p accñs p motũ. s. ad motũ illi⁹ cuius sunt. locus aũt nõ. ergo ꝛc. ¶ Cõfirmaf. nã tũc locus ẽẽt in loco ꝛ loci ẽẽt locus. h est falsuꝫ. 4. hui⁹. ergo ꝛc. ꝛ hec vr̃ rõ ibi posita. ¶ Cõtra hãc ꝯnẽ arguit. oẽ accñs qđ est in sb̃to mobili mouet ad motũ illius sb̃ti. ꝫ locus est in sb̃to mobili. ergo ꝛc. ma. pꝫ. qꝛ motis nobis mouentur oia que in nobis sunt. pꝫ etiã exẽplo de quocũqꝫ accidente. mi. pꝫ. qꝛ locus fundaf in corpibus mobilibus. vnũ.n. elemẽtũ est locus alterius. Itẽ ꝯcauũ orbis lune est loc⁹ istoꝝ iferioꝝ q̃ ferunf sursũ. celũ aũt est loc⁹ oiuꝫ. ꝛ tñ illa nõ sunt imobilia. ¶ Itẽ ꝓbaf φ sit mobilis motu augmẽti. qꝛ plãta crescẽs accipit maiorẽ locũ. tũc q̃ro aut loc⁹ augmẽtaf aut plãta capit nouũ locũ si det ꝑmũ

2ª ppõ (right margin, beside "ipso remaneret rõ ꝯtinẽdi. ¶ 2ª ꝓpõ est")

pª ꝯ (right margin, beside "litate loci pono tres ꝯnes. ¶ Prima est")

2ª ꝯ (right margin, beside "dẽs necio corrũpaf vel deficiat. ¶ 2ª ꝯclõ est")

habet ppositū. si dr 2m cū pmus loc⁹ sit manēs erit sil' in di versis locis. qđ est ipossi. ¶ Rn̄deo q̄ntū ad imobilitatē istā loci sunt multi modi dicēdi. ¶ Unus modus dicēdi est cu iusdā doctoris q ponit q̄ in loco est aliq̄d māle ⁊ aliq̄d for male. māle in loco est vltimū. i. vltima suphicies corpis idez ɔtinētis ⁊ ambiētis. formale vō est respect⁹ determinat⁹ ad polos vniuersi: illō qđ est māle. vt dicit est mobile si ɔsideret ƀm se. illō tñ vltimū. s. formale vt stat sub ordine tali ad polos uel ad cētrū respectu vniuersi est imobile. ḡ dicit ipi q̄ qñ na vis ligata stat ad palū i flumie. nauis ⁊ palus manet i eodē loco. nō q̄ sit eadē suphicies ɔtinēs. sȝ q2 stat in eodē aspectu ad polos. ¶ Hec opinio nō placet mihi. nā variato subto variat accñs nectio. cuȝ ḡ variet' subm loci. puta suphicies aq̄ ɔtinue fluētis variabit' ipe loc⁹ nectio. ¶ Alia est opio Tho me anglici q pmittit q̄ de rōne loci pprie dicti sunt tria vel q̄tuor q ponunt' ei⁹ rōne. ¶ Primū est q̄ sit vltimū corpis. nō corp⁹ vt posuerūt ponētes locū eē spaciū. ¶ 2m est q̄ sit vltimū corpis ambiētis. ⁊ ɔtinētis. p hoc excludit' suphicies ƀm ei⁹ rōnē q̄ntitatiuā q̄muis māl'r sit idē. ¶ 3m q̄ sit imobi lis p qđ distinguit' a vase qđ est transmutabile a loco ad lo cū. ¶ 4° ponit' ƀm p qđ excludit' loc⁹ cōis. q2 si ɔtineat loca tum. nō tñ ƀ. sic sibi adeq̄tū. de imobilitate aūt loci vt dic sic imaginat'. q2 ƀ vltimū aeris inq̄ntuȝ suphicies aeris moue tur local'r ad motū aeris. sȝ vt sic nō est loc⁹. illud ā vltimū. q̄m bȝ istū ordinē ⁊ respectū talez determinatū ad palū vel centrū vel saltē ad itelligētiā mouētē celū que ƀm physicuȝ est in oriente imutabil'r. Istū modū dicēdi adhuc nō bñ ca pio sp̄al'r de illis polis. q̄m q̄ro qđ itelligit p polū. nā vel est aliq̄d imobile in celo extīo. vel aliquid mobile. nō imobile. q̄m totū celū mobile est. si mobile. ḡ ab illo nō capiet suā im mobilitatē. ⁊ idē pōt dici de itelligētia ⁊ cētro. oēs ḡ in ƀ cō cordāt q̄ locus est mobilis local'r p se ⁊ per accñs. ita q̄ illa imobilitas iest sibi ex sua rōne ppria. q2 formal'r sibi repu

3ᵃ ɔ. gnat moueri. ¶ Iuxta ḡ pdicta pono tertiā ɔnē q̄ntū ad il lam imobilitatē q̄ loc⁹ formal'r sumpt⁹ dr̄ qñ manere in cō paratione ad motū localē. sȝ corp⁹ locās variet' ɔtinue. ita q̄ posito q̄ aliqđ tale corp⁹ nō moueat' local'r. sȝ ɔtinue fluat ɔtinēs manet quodā mō. ⁊ ƀm quādā equalētiā idē locus q2 locus prior nec posterior equalent illis. ḡ locus manet in cōparatione ad motū localē. sȝ nō maneat simpl'r. ƀ declara tur de palo fixo in aq̄ circa quē continue fluit aq̄ ⁊ refluit. ⁊ sic nō manet eadē aq̄ que est ibi corp⁹ locās. ipe tñ palus dr̄ manere q̄si in eodē loco. eo q̄ local'r nō moueᵗ cū sp'gescat. voluīt ḡ q̄dā dicere q̄ palus maneat in eodeȝ loco simpl'r ⁊ formal'r. q2 bȝ eūdē aspectū ad polos nūc ⁊ ƥus. ɔtra quos plane fuit argutū q̄ variato subo nectio variat' accidēs ibi. subm aūt variat' ibi. s. ɔtinēs qđ est subm loci. ḡ ⁊c. ¶ Dico ḡ q̄ palus sic affixus nō dr̄ manere in eodē loco formal'r cuȝ variet' ibi circūscriptio actiua ⁊ ɔtinētie. ¶ Dico tñ q̄ ē idez loc⁹ ibi ƀm equalētiā ⁊ respectu mot⁹ localis. q2 nō moueᵗ local'r. sȝ hēat aliū ⁊ aliū locū. nō. n. pōt moueri ab illo loco ad illū locū. cū nō sit ibi magnitudo interiecta. sȝ aer vel aq̄ ɔtinue variet'. vbi est. n. mot⁹ localis ideȝ nō variat⁹ manet respectu eiusdē idē loc⁹: exemplū hui⁹ pȝ. q2 si aliqs pferat per hāc vocē. a. dicēdo. a. a. a. formal'r ⁊ pprie loquēdo sunt ibi tres voces. q̄m tres platiōes dr̄ tñ q̄si vna vox. q2 idem significāt. ita est ƀ de aq̄ respectu pali. sicut. n. respectu signi ficati dr̄ q̄si vna vox. ita ƀ respectu mot⁹ localis dr̄ q̄si vnus loc⁹. q2. vȝ. nō moueᵗ sȝ q̄escit. ¶ Sȝ ɔtra hoc arguit'. q2. vȝ. si ille palus nō est in eodē loco q̄ nectio moueat'. qđ pȝ p sic. q2 illud qđ se bȝ ƀm locū aliter nūc q̄ȝ ƥus nectio mutat locuȝ. sed palus est hmōi. ergo ⁊c. ma. pȝ. q2 illud mutat' qđ se bȝ al'r nūc q̄ȝ ƥus. ergo si se bȝ al'r nūc q̄ȝ prius ƀm locū. nectio mo uetur ƀm locū. mi. pbat'. ex dictis ex quo est in alio ⁊ in alio loco. ¶ P. ipossi est q̄ aliqs termin⁹ alicui⁹ mot⁹ possit acq̄ri in aliquo sine motu illius termini pȝ. nam impossi est q̄ in aliquo acquirat' albedo sine aliq̄ alteratione eius. sȝ vbi est termin⁹ mot⁹ itrinsecus ⁊ locus extrinsec⁹. ergo iposs est q̄

aliquid acquirat nouū vbi vel nouū locū quin ƀm illo pri mo motu nouiter moueat'. ¶ Cōfirmat'. nullus. n. diceret q̄ ego possem sufflare aliquē de loco aliquo ⁊ tñ ad sufflatio nem eius variat' ɔtinēs. puta aer. vñ tot⁹ populus. vt ƀ da mare. ⁊ nullus diceret q̄ dom⁹ nr̄a esse in aliquo loco suf flāte vēto. ¶ Rn̄deo ad pmuȝ. sciendū tñ q̄ ad motū localē p se reqrunt' duo. pmū est q̄ mobile per sui trāsmutationē locū mutet. 2m q̄ inter terminos mot⁹ sit oppositio vel que dam distātia media vel interiecta. vtraq̄ȝ aūt cōditio deficit in pposito. palus. n. sic affixus per sui trāsmutationeȝ non mutat locū sed per trāsmutationē aque fluētis. ¶ Secūduȝ etiā deficit. q̄ inter locū priorē ⁊ posteriorē nō est spaciū in teriectū. ergo nō sequit'. aliter se bȝ ƀm locū. ergo ƀm locum moueᵗ. sed est fallacia ɔsītis. sed opȝ addere q̄ iter locū hūc ⁊ illum sit spaciū interiectuȝ ⁊ q̄ hic locus succedēs habeat aliquā oppositionē. vel ƀm opinionē pdictoꝝ habeat aspe ctum diuersum ad polos vel ad itelligētiā vel ad centruȝ. ¶ Ad scđm dico. q̄ nō opȝ q̄ ille termin⁹ acq̄rat' per motū illius in quo acq̄rit'. sed per motū alicui⁹ alterius qđ est rō diuersificādi. ¶ Ad ɔfirmationē dico. q̄ nō habeo pro ipo sibili q̄ ego te possim sufflare de loco tuo nō sic q̄ ego faciā te mouere de loco ad locū. sed faciā q̄ tu acq̄ras aliū ⁊ aliū locū sine motu tuo. nec est curandū de populo est quo rō di cat in ɔtrū. ipsi. n. de illa mā paruȝ sciunt. ideo eoꝝ opinio ni nō est assistēdū. vñ q̄ sit i eodē loco ē imagiatio vetulaꝝ.

His visis rn̄deo ad rōnē ɔtra scđam ɔneȝ. ¶ Ad pmā dico. q̄ maior est vera de accñte qđ nō opponit' motui. nec icludit aliq̄d quod motui repu gnet. pōt declarari in exēplo si sedeo iuxta postē. sedere iux ta postē est actus extīs in me. pono q̄ moueat ad hostiū. er go nō sequit' q̄ accñs qđ est me sedere iuxta postē moueat ad hostiū. nec per se. nec p accñs. rō est. q2 sibi repugnat mo tus ⁊ scđm opinionē recitatā includit respectum quēdā ad vniuersum cui repugnat moueri. ¶ Ad 2m dico. q̄ ɔcauuȝ orbis lune q̄ntū ad suā ɔcauitatē est imobilis. sȝ scđm dispo sitionē partiuȝ moueᵗ ɔtinue. si. ergo aliq̄d nūc locet' ab vlti mo partis ɔcaui orbis lune recedēte illo per te corrūpit' lo cus prior ⁊ succedit ali⁹ locus. ⁊ sic dico q̄ nullo mō sequit' mot⁹ localis loci. sed solū corruptio. ¶ Ad 3m dico q̄ locus nō mouetur motu augmēti. q2 cum illo motu est ɔiunctus motus localis qui negatur a loco. ¶ Ad probationem de planta crescente dico q̄ locus prior corrūpit' ex defectu loca ti. planta. n. crescens q̄ntū ad eius q̄ntitatē se bȝ ad totā plan tam post augmētum sicut pars ad totū. parti autez in toto nō debet' locus. ergo prior locus corrūpit' ex defectu locati. locus enim in actu requirit locatuȝ in actu separato. quod repugnat parti in toto. ¶ Ex pdictis ergo possuȝ ɔcludere q̄ locus distinguit' a suphicie. ⁊ nō est ipsa suphicies. sȝ ipsa est eius subiectū. ⁊ illo mō etiā locus est in pdicamēto q̄ntita tis reductiue. q̄m nō vt' bñ in quo alio pdicamēto ipm po nerē. de imobilitate ā loci pȝ quō est imobilis. de quo tan get' in sequēti q̄ōne sup quodā dicto Francisci de marchia.

Ad rationes pncipales ap pmā que pbat q̄ locus sit respect⁹. dico q̄ ɔtinētia nō est ipse loc⁹ nec ecōuerso. sȝ est q̄dā inexñs sibi sil'r loc⁹ non est ipsa vltimitas. sed fundat' in illa suphicie vltima cor poris ɔtinētis ⁊ ambiētis. ¶ Ad rōnes que pbant. q̄ locus est distincta entitas a suphicie ɔcessi. tangitur autez ibi vna difficultas que etiā facit ɔtra nos de corporibus glorifica tis que sunt in celo empireo. ⁊ sic sunt in loco. ⁊ tñ non hñt suphiciē ɔtinentē in qua vt dictuȝ est opȝ q̄ fundet' rō loci. vñ dicit Landulphus q̄ sancti nō stabunt supra ɔuexum celi empirei. sic q̄ totū corpus stet in vacuo. sȝ toti erūt infra celum empireuȝ. q̄d aūt sit de hoc vere cū formidine loquē duȝ est. de ista etiā difficultate que tangebat' q̄ celū est in lo co cum moueat' localiter. ⁊ tamen non habet cōtinēs extra se dicitur q̄ non est in loco. licet localiter moueat' quod pa tebit in sequenti questione. ⁊ hec sufficiant.

¶ Et intẽtiõe loci qd sit sunt multe q̃ões nõ enim in quacũq; parte insperemus inueniemus. Q̃õ .ij.

Q Uerit̃ Utrũ vltia spera sit i loco p se. ꝛ vr q sic. qꝛ oẽ q per se mouet̃ localr p se est in loco. vltia spera est hmõi. g ꝛc. ma. pꝫ. qꝛ eo dr̃ mot⁹ localis. qꝛ ẽ ad locũ tã q̃ȝ ad terminũ extrinsecũ. mot⁹. n. capit denoiatiõeȝ a termio vt põt satis patere. ex tertio ꝛ q̃nto hui⁹. mĩ. ẽt pꝫ. ¶ Cõfirmat̃ rõ. qꝛ cuicũq; iest aliqs mot⁹ sibi põt iesse termin⁹ illi⁹ mot⁹. ſȝ celo iest mot⁹ localis cui⁹ termin⁹ itrinsec⁹ est vbi. qd̃ est pcedẽs a circũscriptione locãtis. g ꝛc. maior pꝫ. mot⁹. n. dicit quandã tendẽtiã ad terminum ꝛ est actus q̃dam entis in po^a ad terminũ. ergo ꝛc.

In oppositũ arguit̃. oẽ qd̃ est p se in loco hꝫ ex̃ se aliqd̃ ꝯtinẽs. ſȝ p̃mũ mobile nõ hꝫ ex̃ se aliqd̃ ꝯtinẽs. g ꝛc. ma. pꝫ. qꝛ loc⁹ est vltima sup̃ficies corpis ambientis. minor ẽt pꝫ. qꝛ nihil est extra celum.

Opinio Aure.

Rñdeo vbi pono tres modos dicẽdi. ¶ Scd̃o ponã opinione ꝓpriã. ¶ Prim⁹ modus est Aur. q est q mot⁹ localis nõ est ad vbi. ſȝ ẽ ad sitũ ita q celũ p suũ motũ ꝯtinuũ nõ acq̃rit aliud ꝛ aliud vbi. ſȝ tm̃ aliũ ꝛ aliũ sitũ. Sȝ iste modus dicẽdi nõ põt stare p̃ qꝛ assumit falsũ. s. in h̃ qd̃ dic̃ q mot⁹ sit ad sitũ. ſm. n. p̃hm mot⁹ nõ est nisi i tribus gn̄ib⁹. q̃titatis. s. ꝛ q̃litatis. ꝛ vbi. sit⁹ aũt est aliud p̃dicamẽtũ ab istis. ¶ Itẽ aut accipit sitũ p ordie ptiũ i toto. vl̃ p ordie ptiũ i loco nõ p̃ mõ. qꝛ ad illud nõ mouet̃ celũ. cũ sp ei⁹ ptes hẽant eundẽ ordinẽ in suo toto. si aũt scd̃o mõ assumit sitũ. tũc seq̃tur q celũ hꝫ ex̃ se cõtinẽs qd̃ est ipõe manifeste.

Opinio Egidij

¶ Ideo est ali⁹ modus dicẽdi q̃ vr̃ Egidij. q ponit q aliqd dr̃ eẽ i loco duplr̃. vno^o ſm se totũ. alio^o ſm ptes suas tũc dicit q celũ nõ est in loco ſm se totũ. ſȝ ſm ptes suas h̃ est ſm speras iferiores q̃ cõpant̃ ad ipm sic ptes ad totũ. vel ſm aliũ modũ exponẽdi ſm ptes ipm itegrãtes. quarũ vna ab alia localr̃ ꝯtinet̃. Sȝ iste modus silr̃ nõ põt stare. Tũ qꝛ supponit falsuȝ. Tũ ẽt qꝛ nõ soluit ꝓpositũ. p̃. n. supponit falsũ in h̃ q dicat celũ eẽ in loco p speras iferiores. ar. n. sic. nullũ ꝯtinẽs aliq̃ est in loco rõne alicui⁹ ꝯtẽti. ſȝ p̃mũ mobile ꝯtinet oẽs speras iferiores. g ꝛc. ¶ Cõfirmat̃. qꝛ sic nõ seq̃t̃. a. est cũ b. ꝛ. b. ẽ cũ. c. g. a. est cũ a. c. ſȝ magis seq̃t̃ q sit cũ ei⁹ cũ q̃cq̃d est cũ cãc sit cũ cãtũ. ita in ꝓposito nõ seq̃t̃ vltimũ celũ ꝯtinet oẽs speras iferiores. ꝛ ipe spere iferiores cõtinent elemẽta ꝛ alia iferiora. g celũ vltimũ ꝯtinet̃ i aliq̃ loco. ſȝ magis seq̃t̃ q celũ ꝯtinet oẽm locũ. g ꝛc. ẽt de scd̃o mõ exponẽdi ptes pꝫ. q supponit falsuȝ. loc⁹. n. ẽ sepat⁹ a locato. ꝛ nõ sũt ꝯtigua. 4. hui⁹. vna ãt ps est alteri ꝯtigua ꝛ nõ sepata. ¶ 2° ẽt nõ soluit ꝓpositũ. qꝛ eo mõ quo aliqd mouet̃ localr̃ eo mõ est in loco ſȝ celũ p se mouet̃ localr̃. g ꝛc. ¶ Iõ est ali⁹ modus dicẽdi cõmẽtatoris. q ponit ꝛ p̃mũ mobile nõ est p se i loco ſȝ solũ p accñs rõne cẽtri qd̃ est p se i loco. circa qd̃ ipm celũ mouet̃. ita q mot⁹ ei⁹ nõ dr̃ localis eo q sit ad locũ. ſȝ eo q sit vl̃ est circa locũ. ſm. n. motũ mobile se hꝫ alr̃ nũc q̃ȝ prius. qꝛ g respectu cẽtri celũ alr̃ se hꝫ nũc q̃ȝ p̃us ſm ei⁹ motũ ꝯtinuũ. ergo ꝛc. Sȝ ẽt iste modus nõ põt stare. p̃ qꝛ accipit falsũ. nullũ. n. ꝯtinẽs est in loco ꝯtẽti. ſȝ celũ ꝯtinet terraȝ. g ꝛc. loc⁹ ẽt eq̃lis locato ꝛ est ex̃ ipm cẽtrũ ãt nõ est hmõi respectu p̃mi mobilis. g ꝛc. ¶ 2° ẽt nõ soluit ꝓpositũ. qꝛ eo mõ q̃ mouet̃ localiter est in loco. cũ mot⁹ localis sit ad locũ. ſȝ celũ mouet̃ p se nõ rõne cẽtri localr̃. g ꝛc. Et iõ dico alr̃. p cui⁹ euidẽtia sciẽdũ q ista q̃õ de p̃ mobili hꝫ difficultatẽ q̃tũ ad p̃hos. non ãt q̃tũ ad theologos. ſm. n. fidẽ p̃^m mobile ꝯtinet̃ a celo empireo. ꝛ iõ est in loco. ſm ãt p̃hos p̃^m mobile a nullo ꝯtinet̃. sed ꝯtinet oia. ¶ Et iõ h̃ supposito est difficultas q̃do ipm põt poni in loco eadẽ ẽt difficultas est de celo empireo ſm fidẽ qꝛ lȝ celũ empireũ nõ moueat̃ localr̃. de⁹ tñ bñ põt ipm mouẽ. ꝛ tñ a nullo ꝯtineret̃. Iõ dico q̃tũ ad illã difficultatez q celũ mouet̃ localr̃. tñ nõ est in loco. nec mouet̃ in loco. ſȝ eo dr̃ moueri localr̃ qꝛ ei⁹ mot⁹ terminat̃ ad vbi ꝛ ẽ circa locũ. ¶ Ad cui⁹ euidẽtiã ẽ sciẽdũ q duplex ẽ vbi. sic ꝛ circũscriptio. sic. n. est duplex circũscriptio. s. actiua ꝛ passiua. p̃^a ẽ corpis circũscribẽtis. 2ª est corpis circũscripti ꝛ ꝯtẽti: ita etiã est duplex vbi. s. passiuũ. ꝛ illud est ipsi⁹ corpis locati siue locabilis. ꝛ actiuũ. ꝛ h̃ vbi est ipsi⁹ corpis locãtis. nũc ãt illa duo vbi sunt eiusdẽ gn̄is. Ex q̃ seq̃t̃ q si vnũ illoꝝ est natũ terminare motũ ꝛ aliud. q̃n. n. aliq̃ sunt eiusdẽ gn̄is. si ad vnũ illoꝝ põt terminari aliqs mot⁹: ꝛ ad aliud. ſȝ ad passiuũ. vbi põt terminari mot⁹ localis. g ꝛ ad actiuũ. qd̃ est eiusdẽ gn̄is cuȝ passiuo. ¶ Tũc scd̃o dico vltra q mot⁹ localis ẽ duplex. q̃dã q terminat̃ ad vbi passiuũ. ꝛ ille mot⁹ est ille q̃ qd̃cũq; corp⁹ locatũ ꝛ in loco ꝯtẽtũ mouet̃ in loco. Ali⁹ est q terminat̃ ad vbi actiuũ. ꝛ ille mot⁹ est ille q̃ corp⁹ aliqd̃ locãs mouet̃ nõ in loco ſȝ circa locatũ suũ qd̃ ambit: ꝛ tũc ex h̃ ad ꝓpositũ dico q mot⁹ p̃mi mobilis nõ est ad vbi passiuũ. cũ ipm p̃mũ mobile nõ ꝯtineat̃ in aliq̃ loco. ſȝ circa locatũ. vñ ille mot⁹ dr̃ localis qꝛ est circa locatũ. nõ q sit i loco ipm mobile: nec q moueat̃ ad locũ. ſȝ tm̃ qꝛ moueat̃ circa locatũ suũ. Et sic illud qd̃ mouet̃ localr̃ ad locũ acq̃rit duplex vbi. vnũ p se. ꝛ hoc est passiuũ ipsi⁹ mobilis ad locũ ad quẽ mouet̃: ꝛ aliud per accñs. ꝛ h̃ est vbi ipsi⁹ loci acq̃siti p motũ ad ipm mobile qd̃ existit in loco ipso: ita ꝯsilr̃ in ꝓposito illud qd̃ mouet̃ circa locatũ acq̃rit duplex vbi. acq̃rit. n. p̃ vbi actiuũ q̃ locat illud circa qd̃ mouet̃ alr̃ nũc q̃ȝ p̃us. scd̃o ẽt acq̃rit ipsi locato circa qd̃ est mot⁹ vbi p̃ssiuũ. quo q̃dẽ ipm locatũ locat̃ ab ipo qd̃ motũ est circa ipm alr̃ nũc q̃ȝ prius. ꝛ ita pꝫ q vltima spera nõ est in loco nec p se nec p accñs nec p ptes suas nec aliquo mõ: nec mouet̃ in loco. ſȝ tm̃ circa locatũ modo predicto.

Sed hic sunt duo dubia. ¶ Primũ ẽ q ſm p̃hm loc⁹ ẽ imobilis. si g celũ mouet̃ ad vbi actiuũ nõ erit simplr̃ imobile cũ celũ sit loc⁹ oium. ¶ 2^m dubiũ est. qꝛ vltima spera siue p̃^m mobile nõ hꝫ vbi actiuũ nisi tm̃ ſm sup̃ficiẽ iferiorẽ ꝛ ꝯcauã. tm̃. n. scd̃m istã locat. ſȝ ipm nõ tm̃ mouet̃ ſm illã iferiorẽ. ſȝ ẽt scd̃ȝ ꝯuexã. g ei⁹ mot⁹ nõ põt dici vlr̃ nec simplr̃ terminari ad vbi actiuũ sic dictũ ẽ. ¶ R⁹. ad p̃mã difficultatẽ de imobilitate loci q̃ ẽ difficultas cuiuscũq; opiniõis cõis: lȝ sit satis dictũ i p̃cedẽti q̃õne: verũtñ dicit̃ Frã. de marchia q loc⁹ ẽ imobilis imobilitate opposita motui locali q̃ mouet̃ corp⁹ locatũ ad ipm locũ: cui⁹ rõ ẽ: qꝛ loc⁹ terminat dependẽtiã locati ad ipm. ſȝ si loc⁹ moueret̃ siue ẽt eẽt mobil' motu q̃ mouet̃ locatũ ad ipȝ: tũc loc⁹ nõ posset terminare dependẽtiã locati. nec locatũ posset finiri nec terminari i loco magis q̃ȝ eȝ. vñ oẽ terminãs dependẽtiã alicui⁹ dȝ eẽ independẽs dependẽtia illa. lȝ aũt locus sit imobilis isto^o: aliq̃ tñ mõ põt moueri. ꝯcauũ. n. orbis lune est loc⁹ ignis. ꝛ tñ mouet̃ motu circulari. est tñ imobilis imobilitate opposita motui recto q̃ mouet̃ ipse ignis q ẽ locatũ. vñ si orbis lune moueret̃ isto motu. tũc nõ posset locare ignẽ. ¶ Sȝ ꝯ. qꝛ p̃^m mobile mouet̃ motu circulari sicut orbes iferiores. ꝛ tñ est locus inferioꝝ oiuȝ. Rñdeo ꝛ dico. q illa diffinitio loci a p̃ho data nõ est gn̄alis de oi loco. ſȝ de aliq̃. vñ solũ ꝯuenit illi loco qui hꝫ cõpletã ꝛ p̃fectã rõnẽ loci. ¶ Ad cui⁹ euidẽtiã est sciẽdũ q p̃fect⁹ loc⁹ hꝫ respectu locati p̃ rõnẽ ꝯtinẽdi. loc⁹. n. ꝯtinet locatũ. ꝛ illa rõ cõis est tã de loco nãli q̃ȝ de mathematico. scd̃o hꝫ rõnẽ figẽdi ipm locatũ. locatũ. n. inerit ꝛ sustẽtat̃ in ipo loco i eẽndo. tũc dico q loc⁹ est duplex. vn⁹ p̃fect⁹ hñs rõnẽ vtrãq; p̃dictaꝝ respectu sui locati. ꝛ illo mõ celũ est loc⁹ istoꝝ iferioꝝ leuiũ ꝛ terra grauiũ. talis ãt est imobilis nec̃io imobilitate opposita motui q̃ mouet̃ ipm locatũ ad ipȝ locũ. ¶ Ali⁹ est loc⁹ q respectu sui locati hꝫ vnã tm̃ rõnẽ. s. ꝯtinẽdi. solũ. n. ꝯtinet locatũ nõ ãt sustẽtat ipȝ. ꝛ isto^o celũ ẽ loc⁹ illaꝝ speraꝝ iferioꝝ. ita. n. ꝯtinet eas q nõ sustẽtat. ꝛ ille loc⁹ nõ opꝫ q sit imobilis imobilitate opposita illi: nõ. n. ꝓprie terminat eaꝝ dependẽtiã. tantũ. n. ꝯtinet ipsas. Possem⁹ aliter nos expedire breuiter de illa difficultate sic sup̃i⁹ q loc⁹ q̃tũ ad eius sitũ vel substractũ nõ est imobilis. ſȝ quãtũ

ad eiꝰ entitatē solalē fit imobilis. ¶ Ad 2m dubiū dico ꝙ spera illa vltia nō mouet p supficiē nec p supiorē: nec p iferiorē. qꝛ nec vna nec alia ē locꝰ aliaꝝ. ſꝫ ipm totū celū ſꝫ ipa supficies iferioꝛ fit imediata rō ꝯtinēdi. ꝛ ita illō qđ mouet ē corpꝰ ipꝫ ꝛ mouet ſꝫ vtrāqꝫ supficiē. ſꝫ imediate vna ps. s. iferioꝛ. ꝛ sic ad qōnē. ¶ Ad rōnes i pnꝰ ꝛ ad ꝯfirmationē ex dictis pꝫ.

¶ Etiam modi translationis corporū naturalium simplicium. Qō. iij.

QUeritur Utrū p aliquā pom idē corpus nūo sil' possit eē locari i diuersis locis. ꝛ vr ꝙ nō. qꝛ ipoſe est idē ad se referri oppositis relōnibꝰ. ſꝫ si idem corpꝰ nūo eēt i diuersis locis sil' ꝛ semel hꝫ seqret. ḡ ꝛc. ma. pꝫ. qm̄ opposita oia inferūt ꝯdictionē. mi. pbat. qꝛ tūc idēꝫ posset eē supiꝰ ꝛ iferiꝰ seipso respectu alteriꝰ ꝛ respectu eiusdē: ꝛ silr dextrū ꝛ sinistrū: ꝛ sic de aliis relōnibꝰ oppositis fm sitū. silr ppinquū ꝛ distās sunt relones ꝯrie sic sile ꝛ dissile. Sꝫ si idē corpꝰ eēt in diuersis locis sil' posset sil' eē eidē ppinquū ꝛ distās. qđ est icōueniēs. sic ꝙ idēꝫ fm eādē q̄litate sit eidē sile ꝛ dissile. ḡ ꝛc. ¶ P. tūc seqret ꝙ idē corpꝰ pōt sil' moueri ꝛ nō moueri siue qescere. ꝛ in vno loco hēe opationē sensitiuā ꝛ in alio nō. hꝫ aūt iplicat ꝯdictionē. ḡ ꝛc. pbat. pma ꝯntia. nā in vno loco posset moueri ꝛ in alio qescere vn̄ si lapis esset in vno loco posset proijci ꝛ moueri ꝛ in alio loco non. pbat scđa ꝯntia. qꝛ in vno loco posset esse visibile aliqđ ꝛ in alio nō. ꝛ sic simul videret ꝛ non videretur illud visibile.

In oppositū est hugo. de sacramētis pte. 8. c. 2. dicēs. Qui fecit vt vnū corpꝰ eēt in vno loco fecit qūo voluit. ꝛ si voluisset alr facere potuisset.

Rn̄deo vbi sic pcedā. p̄ recitabo vnā opinionē cuꝫ suis fulcimētis. scđo ponā opinionē ppriā quā pbabo ꝛ ponā tres regulas pro rōnibus soluendis.

Opinio antiquoꝝ

Quantū ad pm est cōis opi. oium doctoꝝ antiquorū: ꝙ ipoſe est p aliquaꝫ pom creatā nec increatā idē corpꝰ sil' ꝛ semel eē in diuersis locis. hāc aūt ꝯnem pbant multi diuersimode. p̄. n. sic eaꝫ pbat vnꝰ doctoꝛ. qñ aliqꝫ aliqđ q̄tū est de poa agētis pōt fieri idifferēter fm varios modos. si idē est receptibile illiꝰ fm vnū modū poſe est fieri fm quēlꝫ alioꝝ modoꝝ. ſꝫ ex pte agētis pmarij cū sit virtutis ꝛ poe ifinite est tālis potentialitas. vt vnū corpus fiat sil' i diuersis locis fm quēlꝫ modū plalitatis. ḡ si pōt ſꝫ vnū modū plalitatis pōt fm quēcūqꝫ. ſꝫ si ipoſe est ꝙ deo agēte idē corpꝰ sit vbiqꝫ. qꝛ hꝫ est ppriū deo. ḡ silr erit ipoſe ꝙ idem corpꝰ fiat in diuersis locis sil'. ¶ P. illud qđ iplicat ꝯdictionē manifestā nulli subest poe nec vtuti. ſꝫ idē corpꝰ eē in diuersis locis iplicat manifestā ꝯdictionē. ḡ ꝛc. mi. pbat. Tum qꝛ qñ ponit in vno loco poterit eē ꝙ ibi sit gelu vel frigus ꝛ in alio caloꝛ. qꝛ forte erit iuxta ignē. ꝛ sic sil' hēbit frigꝰ ꝛ nō frigus. Tū ēt qꝛ in vno loco poterit sumere cibū: ꝛ nō esuriet ibi ꝛ in alio nō sumere cibū qꝛ forte nō erit in loco in quo sibi ministret: ꝛ sic esuriet ꝛ nō esuriet. sumet ꝛ nō sumet. Tū ēt qꝛ gallina hic exn̄s poterit nō mori: ꝛ alibi exn̄s pōt mori ꝛ comedi. qꝛ iuenit ab aliq. silr ꝛ de aliq hoīe hꝫ pp intēperiē aeris erit ifirmꝰ: ꝛ forte moriet: ꝛ alibi pp tēpiē aeris nō erit ifirmꝰ. ꝛ sic erit ifirmꝰ ꝛ nō ifirmꝰ. sanus ꝛ nō sanꝰ. viuꝰ ꝛ nō viuꝰ. que oia iplicāt ꝯdictionē. ¶ Unꝰ aliꝰ doctoꝛ ar. sic. termini loci ꝛ locati sunt sil'. ḡ si locatū ē ex̄ termios sui loci locꝰ erit ex̄ termios suos pprios. ¶ Itē si idēꝫ corpꝰ eēt sil' in diuersis locis aut hꝫ eēt vna mutatione aut duabꝰ. nō vna. qꝛ vna mutatio est tm̄ ad vnū terminū: nec duabꝰ. qꝛ aut eēnt eiusdē spēi. aut alteriꝰ. nō eiusdē. qꝛ ipoſe est idē sil' moueri duobꝰ motibꝰ eiusdē spēi. s. meta. nec alteriꝰ spēi. qꝛ termini eēnt ꝯrij. ꝛ sic motꝰ icōpoſes eēnt. ¶ Cōfirmat. qm̄ termini motus sunt icōpoſes. 5. huius. ſꝫ q̄libꝫ duo vbi pñt esse termini motus eiusdē. qꝛ pōt corpus vnuꝫ moueri ab vno vbi est vsqꝫ ad aliud. ḡ q̄cūqꝫ duo vbi circa idē corpus erūt icōposita. ¶ Cōfirmat 2o. qꝛ ipoſe ē ꝙ aliqđ moueat de loco ad locū qn deperdat pm locū. alr nō moueret sed ibi staret. Itē ipoſe est eādē māꝫ nūo eē sub diuersis formis sbalibꝰ sil'. ſꝫ hoc posito hoc seqret. ergo ꝛc. pbat mi. qꝛ si idē cibꝰ eēt in diuersis locis ꝛ a diuersis aialibꝰ ibi exn̄tibꝰ comederet: poa nutritiua vtriusqꝫ ꝯuertit illud in suā sbam. ꝛ per ꝯns eadeꝫ mā nutrimēti illiꝰ formabit forma vtriusqꝫ nutrimēti. ¶ Scđo pbat eadē minoꝛ. qꝛ posito ꝙ idē lignū sit in diuersis locis ꝛ in illis sint duo ignes agēt in illud lignū ꝛ corrūpent. qꝛ nō pōt resistere virtuti agētis ꝛ iducēt formā ignis. non eandē cū agentia sint diuersa. ergo aliā ꝛ aliā in eadē mā. ¶ Itē sequeret. ꝙ quicūqꝫ ꝛ q̄tūcūqꝫ paruus ignis posset cōburere oia cōbustibilia si hēent hꝫ cōbustibilia obta pportionata hic vnū ꝛ ibi aliud. ꝛ in tertio loco tertiū ꝛ sic de ifinitis locis. tūc sic. omne potens simul in multa passa parua pōt simul in magnū passum integratū ex oibus illis cōbustibilibus. ergo aliqs ignis paruus posset simul in aliqđ magnū cōbustibile. ¶ Ista opi. nō placet. Et ideo pono opinionē ppriā. ꝛ dico ꝙ nō repugnat dei oipotētie facere idē corpus eē localiter in diuersis locis simul ꝛ semel. pbat. illud qđ nō implicat ꝯdictionē ex terminis: nec manifestū impoſe non est repugnans nec impoſe dei oipotētie: sed facere idem corpus simul ꝛ semel esse in diuersis locis nō icludit ꝯdictionē ex terminis: neqꝫ tale est manifestū impoſe vt patebit soluēdo rōnes quas isti adducūt. ergo ꝛc. ¶ P. cū vnitate prioris stat sine ꝯdictione plalitas posterioꝝ. sed ipsa vbi sunt posteriora ipso corpore vt pꝫ. cū causent ex circūscriptiōe locati a loco. ergo ꝛc. ma. pꝫ in exēplis infinitis: vn̄ nō apparet ꝯtra aliqđ notū fm rōnem cuꝫ respectꝰ intrinsece aduenientes de qbus minꝰ vr ꝙ possint plificari eodē fundamēto manēte. vt sup eandē albedinē pñt fundari plēs silitudines. ꝛ in eodem fundamēto plēs pitates cū relōnes multiplicent ad multiplicationē vnius vel alterius extremi. eꝫ ergo vbi dicat respectū extrinsecus aduenientē nō vr aliqđ impoſe ꝙ sit multiplicatio ipsoꝝ vbi: stante vnitate subi. ¶ Et si istas ꝙ verū est ꝙ plēs respectꝰ pñt fundari in eodē fundamēto qñ vnus eoꝝ nō adequat totū fundamētū. vnū aūt vbi adequat totū vnū locatū. hꝫ vr sine rōne dictū. qꝛ respectꝰ q oritur ex nā fundamēti magis vr adequari fundamēto q̄ꝫ ille qui extrinsecꝰ aduenit ceteris paribꝰ. sed ad duos termios pñt eē in eodē fundamēto duo tales respectꝰ ex nā fundamēti. vt due eq̄litas ad duo q̄ta equalia. ergo sine rōne fingit ꝙ hic vnus talis respectꝰ adequat. ¶ P. qcqđ pōt deus in gñe cause efficiētis mediāte cā scđa pōt in vtute ppria ꝛ sine illa sed deꝰ mediāte sacramēto pōt facere ꝙ idēꝫ corpꝰ xpi nūo sit in diuersis locis ꝛ in diuersis altaribꝰ. ḡ hoc poterit in virtute ppria ꝛ sine sacro. ꝛ qđ pōt de corpe xpi pōt de quocūqꝫ alio corpe. ergo ꝛc. ma. patet. illa. n. est vna ppositio famosa apud theologos oēs ꝛ antiquos ꝛ nouos. que etiaꝫ sic pōt pbari. omne ꝯtinens cāūtatē alicuiꝰ pfectiori mō q̄ꝫ illud si pōt in aliqđ mediāte illa cāūtate pōt ꝛ in virtute ppria. ergo illā cāūtatē ꝯtinet pfectiori mō: sed deus oēm cāūtatē effectiuā cuiuscūqꝫ scđarij agētis ꝯtinet eminēter: cum ois cāūtas effectiua dicat aliq̄ꝫ pfectionē. ꝛ deꝰ sit ifinite pfectiōis. ꝛ nulla ei pfectio deficiat. ergo ꝛc. nō sic est de cāūtate itrinseca. qꝛ illa icludit aliq̄ꝫ impfectionē. ſꝫ q̄tū ad illud qđ est pfectionis ꝯtineat a deo eminēter. ¶ Cōfirmat. qꝛ vbicūqꝫ deꝰ pōt facere aliqđ corpus nāle nō sub suo mō nāli pōt idēꝫ facere sub suo pprio mō nāli: qꝛ in pmo sunt duo miracula. ꝛ in scđo vnū tm̄. ſꝫ deus scđm fidē pōt facere corpus suū sacramentaliter. i. nō sub mō nāli simul in diuersis locis. ꝛ facit de facto. ergo pōt idem facere sub mō nāli simul in diuersis locis. ꝛ sine sacramēto. ¶ P. nō minus icōueniēs est duo corpora esse simul in eodē loco q̄ꝫ idē corpus esse simul in diuersis locis. ſꝫ pmū est deo poſe. ergo ꝛ scđm. ma. pꝫ ēt scđm pnꝰ opinionis ꝯrie. ꝛ etiā est p hoꝝ qꝛ phi oino ponūt repugnantiā inter duo q̄ta respectu eiusdē loci. eo ꝙ vnū q̄tū expellit aliud. mi. pꝫ. ēt per exēpluꝫ in mre xpi. ꝛ de corpore

Opinio propria

etiã glorificato: ⁊ de corpibus ẽt in die iudicij cũ in tam parua valle. s. Josaphat iudiciũ debeat fieri: ⁊ si qlibz ppriũ locũ occuparet ibi nõ possent recipi. ¶ Ista aũt opinio lz multis videat impossibilis sensui ⁊ nature: volentib⁹ tñ rõnem seq nõ dz reputari impossibilis: cũ etiã de facto iã fuerit factũ miraculose. certũ. n. est ⁊ manifestuz qꝫ beat⁹ Fronto eadem die ⁊ hora qua celebrabat missaz iterfuit sepulture beate Marthe: ⁊ hꝫ est manifestum miraculum quod ad hanc opinionem maxime nos dz inducere.

pª ppõ His visis pono tres regulas vel ppõnes p multis rõnib⁹ in hac mã psoluẽdis. ¶ Pri⁹ est ista. qcũqz sunt essentialiter priora ipo vbi vniformiter isunt corpi qñuis habeant diuersa vbi que nec posteri⁹ nec simul nã variabunt fm varietatẽ vbi. hꝫ pz. qꝛ pri⁹ essentialr nõ variat pp variatiões posterioꝝ. sed bñ variat posteri⁹ ad variationẽ prioꝝ. que etiã sunt simul nã cũ aliquo simul variant

2ª ppõ cũ illo. ¶ 2ª regula est qꝫ sicut passuz exñs in vno loco reciperet formã a duob⁹ agẽtib⁹ sibi ibidẽ approximatis sic ipsz patiet in duob⁹ locis existẽs ab eisdẽ sibi in illis duobus locis approximatis: ⁊ hꝫ de passione absoluta. hꝫ pz. qꝛ ad hoc qꝫ passiuũ patiat ab agẽte recipiẽdo illã formã nõ opz nisi qꝫ sit in potẽtia passiua: ⁊ agens habeat formã actiuã ⁊ sint debite approximata. siue in hꝫ vbi. siue in illo sic approximato nihil deficit qñtũ ad actiões que est ad formã absolutã. sed passo posito in duob⁹ locis ipz habet eandẽ potẽtiã passiuã ad formã absolutã. ⁊ agẽs hz eandẽ potẽtiaz actiuã: ⁊ eodẽ mõ põt sibi approximari. vt est in illo loco sicut in alio. ergo eodez mõ qñtũ ad oẽz formã absolutã a quocũqz actio sibi approximato patiet siue in illo loco siue in alio sicut si tñ. esset in vno loco ⁊ esset agẽs sibi approximatũ. ¶ Additũ aũt fm formã absolutã. qꝛ nõ opz qꝫ eadẽ patiat loquẽdo de relatiuis q̃ sunt siľ nã cũ ipo vbi. vl' posteriora. qꝛ illa pñt variari sicut ⁊ vbi. vt pbatũ est in pma regula. ¶ Ista ẽt ppositio siue regula magis patebit in videdo ad instãtias in speciali. ¶ 3ª

3ª ppõ regula est. qꝫ sicut corp⁹ in vno loco exñs se hz in rõne actiui ad diuersa sibi approximata in illo loco sic ipsuz vt exñs in duob⁹ locis se hz ad eadez sibi approximata in illis duo⁹ locis. hꝫ pz ex pcedẽti ppõne. ¶ His visis pz ad rõnes pmi doctoris. ¶ Ad pmã põt dici vno mõ qꝫ creatura nõ est capax ois vbi. sic qꝫ sit vbiqz pp sui limitationez. lz ex pte dei nõ sit repugnãtia. de⁹. n. põt in oẽm visionẽ ⁊ hz oẽz modũ visionis. nõ tñ in quocũqz oculo põt causare quãcũqz visionez ⁊ quocũqz mõ. qꝛ quilibz oculus nõ est susceptiu⁹ cuiuscũqz ⁊ qliscũqz visiõis. lz illa repugnãtia nõ sit ex pte dei sed ex pte creature sic disposite. similiter ẽt superficies est in potẽtia ad oẽm colorẽ. nõ tñ ad oẽs simul. silr põt dici in pposito qꝫ repugnat creature qꝫ sit vbiqz: ⁊ qꝫ habeat omne vbi simul. lz nõ repugnet sibi successiue. ¶ Aliter dz qꝫ nõ est ipoßẽ potẽtie dei facere aliquã creaturã esse vbicũqz: ⁊ qñ dicit qꝫ hꝫ est ppriũ dei. dico qꝫ aliter de⁹ dicit esse vbiqz ⁊ aliter creatura. nã de⁹ esset vbiqz nõ sic localr sed fm psentiã potẽtiã ⁊ essentiã ppter sui imensitatẽ. nõ sic est aũt de aliq̃ creatura. ¶ Ad secũdũ nego minorẽ. ad pmã pbationẽ de calore ⁊ frigore pz ex dictis regulis. ideo applico ⁊ dico qꝫ aqua siue gelu in frigidãs. ⁊ ignis calefaciens sic in diuersis locis existẽs aut sunt eqlis virtutis in agẽdo. aut vnũ vincit reliquũ. Si sint eqlis vtutis. ⁊ sint approximata ista corpi habenti vnũ vbi vtrũqz alteꝝ ipediret. ita qꝫ neutrũ ageret ad quẽdã effectuz mediũ in q passuz nõ magis assimilaret vni q̃z alteri. ¶ Eodẽ mõ dico qꝫ qñ sunt approximata ei de corpi in diuersis locis exñti iuxͣ regulã tertiã. Si aũt nõ sunt eqlis vtutis ita qꝫ vnũ simplr assilet sibi passuz vl' magis q̃z alteꝝ. tũc eodez mõ erit si sint in diuersis locis. qꝛ nõ est magis difficultas si sit sic q̃z sic. q̃z si ignis ⁊ aq̃ ponerent siľ. ⁊ nõ negat posse fieri a deo. ⁊ idẽ corp⁹ approximatũ igni ⁊ aq̃. qd corp⁹ hz idez vbi. qd eni oporteret ibi dicere ad viãdũ ɔ̃ria in eodẽ passo hꝫ facili⁹ vl' eque facile vitare põt qcũqz. ¶ Ad secũdã ppositionẽ de fame ⁊ saturitate ⁊ sic de alijs. dico qꝫ fames est appetit⁹ calidi ⁊ sicci. sitis vͦo frigidi ⁊ humidi. iste aũt appetitus vel est nãlis vel voluntarius sensitiuus. ⁊ siue sic siue sic dicit aliqd absolutũ. illud ergo non variat ad variationẽ vbi. ex pma ppositiõe. ⁊ per ɔ̃ns si hic saciaret ⁊ cessaret appetitus cessaret ⁊ alibi. lz nõ ex cibo sumpto hic. sic sicut statiz de morte dicet. ¶ Ad aliã probationẽ de morte ⁊ vita dico vnum gñale ⁊ postea applicabo. qꝛ tã mors q̃z vita dicũt aliqd absolutũ priuatiuũ vel positiuũ. nõ variant per ɔ̃ns propter variationẽ vbi. iuxta pmã ppositionẽ. si ergo moritur hic morit ⁊ ibi. sed tñ non seqtur vulnerat hic ergo vulneratur ibi. qꝛ vulneratio dicit diuisionẽ q̃zdã cõtinui. vt hꝫ ab aliq diuidẽte hoc. sed tñ vez est qꝫ si hz vulnus hic habet ⁊ alibi. Tunc dico de galina qꝫ si comedit hic non remanet alibi: ⁊ nõ morit alibi. nisi qꝛ hic nõ occidit a comedẽte. ¶ Ad aliud de tẽperie ⁊ intemperie aeris. sanitate ⁊ infirmitate pz p tertiã ppositionẽ. videas enim quõ se haberẽt factiua temperiem vel intẽperiem sanitatez vel infirmitatẽ approximata alicui corpori exñti in vno loco. puta si vnũ vinceret aliud. vel sint equalis virtutis. qꝛ eodẽ modo ipsa se habebunt ad idẽ corpus in diuersis locis positũ. ¶ Ad rationes alteri⁹ doctoris. ¶ Ad pmã dico qꝫ locũ ⁊ locatũ esse simul potest esse multipliciter. vno modo simultate pñtialitat. sic qꝫ locatũ sit pñs loco. ⁊ isto modo bene sunt simul. qꝛ vnũ ab altero nõ est pcisuz nec separatũ. alio mõ simultate adequatiõis sic qꝫ vnũ alteri adequet ⁊ isto mõ etiaz bene sunt simul. Tertio modo sub tali simultate sic qꝫ ipm locatuz non possit adequari nec cõmẽsurari alicui alteri loco. ⁊ sic nõ sunt simul. ¶ Ad 2ᵐ dico qꝫ duabus mutatiõib⁹ alterius ⁊ alterius spẽi si sint ad terminos alterius spẽi ⁊ eiusdẽ. si sint ad terminos eiusdez spẽi. vñ motus nõ hz maiorez incõpossibilitatẽ q̃z termini. cũ ergo termini sint incõpossibiles. ⁊ mot⁹. ¶ Ad illã propositionẽ. qꝛ duo accñtia ⁊c̃. dico qꝫ verum est de accidẽtib⁹ perfectis vel se habẽtibus per modũ actus primi. nõ sic mot⁹. ¶ Ad cõfirmationẽ. quia termini motus sunt incõpossibiles. verũ est de terminis motus primis. nõ aũt de terminis concomitãtib⁹. termini primi cuiuslibet motus sunt habitus ⁊ pͥuatio. cõcomitãtes aũt sunt qui cõiungunt cũ predictis. ⁊ isti pñt esse positiui. ¶ Ad cõfirmationez secũdã nego assumptũ. ¶ Ad tertiã rõnem cõcedo maiorẽ scdm eandem partẽ. sed nego minorẽ. ¶ Ad pmã pbationem de cibo ⁊ alimento. dico qꝫ idẽ fieret si duo stomaci ibi essent in eodẽ loco. ⁊ cibus ille esset in vtroqz termino. tunc. n. vel totalr virtus vna vinceret aliã ⁊ totũ ɔuerteret in suũ corp⁹. vel essent equalis virtutis. ⁊ tunc eqliter ɔuerterẽt de alimẽto hec in suũ corp⁹ ⁊ illa in suũ. ita qꝫ eodẽ mõ sicut haberes ibi dicet de stomacis aialiũ simul exñtib⁹ ⁊ cibo recepto in vtroqz. ita dico hic iuxta scdam ppositionẽ. ¶ Ad aliaz pbationem de ignibus approximatis vni ligno. pz per aliã regulã. eodem mõ. n. est. sicut si illi ignes duo essent approximati ligno in vno loco exñti. vide igit tunc quõ se habebunt eidẽ ligno in diuersis locis exñti ⁊c̃. ¶ Ad aliud de puo igne ẽt pz per tertiã regulã. qꝛ eodẽ mõ quo se haberet ille paru⁹ ignis exñs in vno loco ad illa plã cõbustibilia sibi approximata eodez mõ se habebit ipe i diuersis locis exñs ad illa plã cõbustibilia separatiz sibi approxiata. vide ergo quõ ibi qꝛ eodez mõ ⁊ hic.

His visis ad rõnes pncipales rñdeo. ¶ Ad pᵐᵘᵐ dico qꝫ nõ est ipoßẽ qn relatiões opposite possint iesse eidẽ fm diuersa fundamẽta. illa ergo vbiqz sunt q̃ si fundamẽta illaꝝ oppositaꝝ relationũ pñt esse causa qꝫ alicui isunt opposite relatiões. nõ igit est incõueniẽs corp⁹ hñs vbi superi⁹ ⁊ iferius esse superi⁹ ⁊ iferius. Nec mireris respectũ inferioris ⁊ supioris fundari in vbi. lz vbi sit respectus. qꝛ vnus respectus potest sic in altero fundari. declarat predicta solutio exemplo quoniã idem potest alicui esse simile secũdũ albedinẽ dissile scdm sciẽtiã. ¶ Ad aliã rõnem qꝫ idẽ moueretur ⁊ quiesceret. dico qꝫ moueri ⁊ quiescere secundũ locũ si est simul cũ ipo vbi vel posterius variabit ad variationẽ vbi iuxta pdictas regulas. ⁊ ita poterit in vno vbi

